



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Franciscus Martinez.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

norificè tumultatus.

Franciscus Martinez. Scholasticus.

Macai natus, & liberalibus disciplinis apud nos eruditus, ac Societati adiunctus, post labores fidei causâ susceptos ab apostata quodam proditus, & falsò accusatus quòd proditor & magus esset, quòdque oculis se cùm vellet subduceret, quæstioni subiectus est. in qua ligneis vectibus arctè constrictis pedum calcibus, & verberatis, in atrocissimo tormento tenuit mirum silentium. Socios etiam Christianos innocentes quæstioni subiectos monuit, yt meminissent, mendacium Christianâ lege esse vetitum: cauerent ergò dum minora timent, maiora tormenta sibi

*Sina .
Cantone .
31. Mart.
1606.
ætat. 33.
Soc 15.*

Mendacium .

Mors.

accerfere . Semel, ac iterum
 dire verberatus, in iplo car-
 ceris in quem reducebatur
 vestibulo vi dolorum pro-
 stratus, innocentem animam
 fortiter expirauit, ipsâ Chri-
 sti morientis horâ, vt perhi-
 bent: & cum ipsis manicis
 atque compedibus, ita vt
 vinctus erat, sepultus est.
 Orandi assiduitate supra lau-
 des alias insignis emicuit .

APRILIS.

*P. Gaspar Osorius de Valde-
 rauano, &*

P. Antonius Riparius .

*In Para-
 quaria.
 1. April.
 1639.*

IN Paraquaria vterque
 fœcundis pro religione
 sudoribus inclytus prosperè
 laborauit; & in Ciaccorum
 Prouincia, ob damnatas aui-
 tas gentis superstitiones,
 vtrius-